Tanini p. 382 hunc numum habet & litteras averſæ: IVSTINI interpretatur; eſſe tamen litteras initiales Juſtiniani, ex quo illum aut Cæſarem aut Auguſtum creaverit Juſtinus, probabile fit ex aliis numis, in quibus utriusque nomen conjungitur. Cfr. Muſ. Vindobonenſe in Juſtino Sen. No. 29.

24. D N IVSTIN. Protome adv. galeata.
Crux obliqua cum quatuor aſtris in angulis. Æ. 3.
25. Epigr. ut B. Protome diadem.
V in corona. Æ. 3.
26. Alius ſimilis minor. Æ. 4.
27—29. Adv. eadem.
Є & crux in corona. Æ. 4.
30. 31. Adv. ſimilis.
Figura muliebris adv. ſedens, juxta Э. Æ. 4.

IVSTINIANVS I.

P. X. 527—565.

A. 1. D N IVSTINIANVS P F AVG. Protome galeata adv. cum ſceptro & clypeo.
VICTORIA AVGGG A. Victoria ſtans d. crucem longam; in area aſtrum, in imo COMOB. AUR.

2. Alius, ſed in av. P F N C. AUR.

Forte N C capi debet contracte pro AVG, ſed cum titulum: NOB. CÆSAR. nuper vidimus in Zenone, & videmus infra in hoc Imperatore in numis ſub No. 16. 17. allatis, eodem quoque modo præſentis numi epigraphe intelligi poſſe videtur.

B. 3. D N IVSTINIANVS P P AVG. Protome galeata adv. d. globum crucigerum.

VICTORIA AVGGG A. Victoria adv. ſtans d. crucem longam ſ. globum crucigerum; in area aſtrum, in imo CONOB. AUR.

4. Alius, ſed VICTORIA AVGGG Γ & ſuper cruce longa monogramma Chriſti. AUR.

5. Alius, ſed in av. AVGGG Θ. AR.

6. 7. Epigr. eadem. Caput diadem.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria adv. ſtans d. lauream ſ. globum crucigerum; in area aſtrum, in imo COMOB. QV. AUR.

8. Alius fere ſimilis. QV. AUR.

9. Alius, ſed litteris confuſis & fabricæ omnino barbaræ. QV. AUR.

10. Epigr. ut B. Caput diadem.

C N intra coronam. QV.

C. 11. D N IVSTINIANVS P AV. Caput diadem.

C N, infra S parvum, omnia intra coronam. QV.

12. Epigr. ut B. Caput diadem.

P K in medio numo. QV.

13. Adv. eadem.

P K Є, ſupra crucicula, omnia intra lauream. QV.

D. 14. 15. D N IVSTINIANVS F AVG. Caput diadem.

Monogr. Chriſti intra coronam. QV.

E. 16. D N IVSTINIANVS N C (ſic). Caput diadem.

Crux globo impoſita intra coronam. QV.

17. Adv. eadem.

Crux ſupra globum præfixo monogr. Chriſti, hinc inde aſtrum. QV.

F. 18. D N IVSTINIAN AVG. Caput diadem.

Monogramma, continens litteras T H E D A, ſupra S infra O, omnia intra coronam. *Muſ. Vindob. No.* 35. QV.

19. Adv. eadem.
Monogr. continens litteras RED, ſupra S infra C, omnia intra coronam. - *ibid. No.* 34. QV.

20. D N IVSTIN..... Caput diadem.
Monogr. continens litteras RLHT, circum PSN, ſupra crux, infra aſtrum, omnia intra coronam. *ibid. No.* 32. QV.

G. 21—24. IVSTINIANI. Caput diadem.
Monogr. idem, ſed ſupra S infra C intra coronam. Æ. 4.

25. D N IVST..... Caput diadem.
Monogr. continens litteras TMAD, ſupra crux, infra S. QV.

H. 26. D N IVSTINIANVS. Caput diadem.
Crux ſuper gradibus intra coronam. QV.

27. D N IVSTINIANVS P P AC. Caput diadem.
In medio crux, circum VOT M. omnia intra coronam. QV.
Deeſt apud Bandurium & Taninium.

28. D N IVSTINIANVS .... Caput diadem.
VOT MVLT HTI intra coronam, infra CONOB. QV.

29. D N IVSTINIANVS P (prioribus litteris inverſis). Protome diadem.
I magnum, circum Є CONCORD omnia intra lauream. Æ. 2.

30. .... NIANVS P P A. Protome diadem.
VICTORIA ..... Victoria adv. ſtans d. globum crucigerum ſ. ..... in imo ..... Æ. 2.

31. Epigr. ut B. Caput diadem.
VICTORIA ..... Є in medio numo, in imo CAR. Æ. 3.

32. Epigr. ut B. Protome gal. adv. d. globum crucigerum, ad ſ. humerum clypeus, in quo eques d. haſtam impellens, in area crux.
ANNO XII. M magnum in medio, ſupra crux, infra A, in imo NIK. Æ. m. m.

33. Alius, ſed infra Γ, in imo CON. Æ. m. m.

34. Alius, ſed infra Δ, in imo CON. Æ. m. m.

35. Alius, ſed in av. ANNO XIII, infra A, in imo ΘΥΠΟ. Æ. m. m.

36. Alius, ſed infra A, in imo KYZ. Æ. m. m.

37. Alius, ſed infra A, in imo NIK. Æ. m. m.

38. Alius, ſed infra Є, in imo CON. Æ. m. m.

39. Adv. eadem.

ANNO XIII. K magnum in medio, ſupra crux, infra G. Æ. 1.

40. 41. Epigr. ut B. Protome diadem.

ANNO XIII. I magnum crucigerum in medio, in imo CAR. Æ. 2.

42. Epigr. ut B. Protome galeata adv. d. globum crucigerum, ad ſ. humerum clypeus cum equite, in area crux.

ANNO XIIII. M magnum in medio, ſupra crux, infra A; in imo KYZ. Æ. m. m.

43. Alius, infra Δ, in imo CON. Æ. m. m.

44. Alius, infra S, in imo CAR. Æ. m. m.

45. Adv. eadem.

ANNO XIIII. K magnum in medio, ſupra crux, infra & in imo .... Æ. 2.

46. Epigr. eadem. Protome diadem.

ANNO XIIII. I magnum, ſupra crux; in imo CAR. Æ. 3.

47. Epigr. eadem. Protome galeata adv. d. globum crucigerum, ad ſ. humerum clypeus cum equite, in area crux.

ANNO XV. M magnum, ſupra crux, infra B; in imo KYZ. Æ. m. m.

48. Adv. eadem.

ANNO XVIII. M magnum, ſupra crux, infra Δ; in imo CON. Æ. 1.

49. Alius, ſed in av. infra B; in imo NIKO. Æ. m. m.

50. Alius, ſed in av. infra Δ. Æ. m. m.

51. Alius, ſed ANNO XXI, infra Γ; in imo CON. Æ. 1.

52. Alius, ſed ANNO XXVI, infra A, in imo KYZ. Æ. 1.

53. Epigr. ut B. Protome diadem.

ANNO XXVI. I crucigerum in medio; in imo P. Æ. 3.

54. Adv. eadem.

ANNO XXX. I crucigerum in medio; in imo NIK. Æ. 3.

55. Epigr. ut A. Protome adv. galeata d. globum crucigerum; in area crux.

ANNO XXXI. M magnum, ſupra crux, infra Γ; in imo THEVP. Æ. 1.

56. Epigr. ut B. Protome diadem.

M magnum, hinc & inde aſtrum, ſupra crux; in imo THEVP ☩. Æ. 1. m.

57. Alius, ſed in av. infra A; in imo NIK M. Æ. 1. m.

58. 59. Alii, ſed in av. infra Γ; in imo, ut videtur, ΘΥΠΟΑS. Æ. 1.

60. D N AITVIS N P N. Protome eadem.

Av. eadem, ſed in imo CON. Æ. 1.

61. 62. Epigr. ut B. Protome diadem.
M magnum, hinc aſtrum inde crux, ſupra crux; in imo ROMA, omnia intra coronam. Æ. 2.

63. Alius fere ſimilis. Æ. 2.

I. 64. D N IVSTINIANVS P P A. Protome diadem.
Av. eadem. Æ. 2.

65. Epigr. ut B. Protome diadem.
M magnum, hinc aſtrum, inde monogr. Chriſti, ſupra crux, infra A; in imo ROMA, omnia intra coronam. Æ. 2.

66. Alius, ſed in av. hinc aſtrum inde crux, ſupra crux, infra A; in imo CON. Æ. 2.

67. Alius, ſed infra Є. Æ. 2.

K. 68. 69. D N IVSTINIANVS P AVG. Protome diadem.
Av. eadem, ſed infra A, in imo NIKM. Æ. 2.

70 D N IVSTINIANVS P P AG (ſic). Protome diadem.
Av. eadem, ſed in av. infra nihil, in imo KART. Æ. 2.

71. 72. Alii ſimiles, ſed infra B. Æ. 2.

73. Alius, ſed infra Γ. Æ. 2.

74. D N IVSTINIANI P P .... Protome diadem.
Av. eadem; in imo ..... Æ. 2.

75. Epigr. ut B. Imperator adv. ſedens in ſolio d. haſtam ſ. globum crucigerum.
M magnum, hinc aſtrum inde lunula, ſupra crux, infra Γ; in imo THEVP præfixa cruce. Æ. 1.

L. 76. 77. D N IVSTINIANVS P. Protome diadem.
K magnum in medio, hinc aſtrum, inde crux, omnia intra coronam. Æ. 2. 3.

M. 78. D N IVSTINIANVS P P AV. Protome diadem.
Av. eadem. Æ. 2.

79. Adv. eadem.
K magnum, hinc crux inde aſtrum, omnia intra coronam. Æ. 2.

80. Epigr. ut B. Protome diadem.
K magnum, hinc crux longior, inde Γ, ſupra & infra aſtrum. Æ. 2.

81. Alius, ſed in av. crux & Δ. Æ. 2.

82. Alius, ſed in av. hinc crux, juxta quam NI, inde B, ſupra & infra nihil. Æ. 2.

N. 83. D N IVSTINIANVS P C. Protome diadem.
K magnum in medio intra coronam. Æ. 3.

84. 85. Epigr. ut K. Protome adv. gal. d. globum crucigerum.
I magnum, hinc & inde aſtrum, omnia intra coronam. Æ. 3.

86. Epigr. ut B. Protome diadem.
I magnum inter duo aſtra, infra ROMA, omnia intra coronam. Æ. 3.

87. ..... STINIANI P P A... Protome diadem.
Av. eadem, infra KART. Æ. 3.

88. Epigr. ut B. Caput diadem.
I magnum inter duas cruces, in imo CON, omnia intra coronam. Æ. 3.

89. Adv. eadem.
I magnum intra coronam. Æ. 4.

90. 91. Adv. ut M.
I B intermedia cruce; in imo AΛGΞ. Æ. 3.

92. 93. Epigr. ut B. Protome gal. adv. d. globum crucigerum, in area crux.
AΓ. ſupra crucicula; in imo AΛGΞ. Æ. 1.

94. Epigr. ut B. Protome diadem.
Є. juxta KV intra coronam. Æ. 3.

95. 96. Adv. eadem.
Є. juxta crux intra coronam. Æ. 3. 4.

97. Adv. eadem.
C. in quo crucicula, juxta P I, omnia intra coronam. Æ. 3.

98. Alius, ſed in av. C cum crucicula, juxta B. Æ. 3.

99. 100. Adv. eadem.
V intra coronam. Æ. 3.

101. 2. Alii minores. Æ. 4.

103. Adv. eadem.
X intra coronam. Æ. 3.

104. Epigr. ut B. Protome galeata adv. d. globum crucigerum.
Aſtrum intra coronam. Æ. 3.

105. D N IVSTI ...... Caput diadem.
Epigraphes reſtant veſtigia dubia. Monogramma Chriſti, infra aſtrum; in imo CAR. Æ. 3.

106—8. .... IVSTINIAN. Protome galeata adv. d. globum crucigerum.
Crux, hinc ω inde A intra coronam. Æ. 4.

I V S T I N V S I I.

P. X. 565—578.

A. Numi Juſtini ſolius.

A. 1. D N IVSTINVS P P AVG. Protome galeata d. globum cum Victoriola.
VICTORIA AVGGG P. Mulier galeata adv. ſedens d. haſtam ſ. globum crucigerum; in imo CONOB. AUR.

2. D N IVSTINVS P P ... Protome adv. galeata.
FELIX RESPVBL intra coronam. QV.

3. ... IVSTINVS ..... Caput diadem.
VICTOR... AVSTOR (ſic). Crux globo impoſita; in area M A VII, in imo CONOB. PLUMB. 4.

Eſt forte aurei vel argentei anima; aureum ſimilem v. apud Taninuim.

4. ... N IVSTINVS P VI. Caput diadem.
Crux ſuper baſi, circum litteræ barbaræ ſenſu vacuæ. QV. AUR.

B. Numi Juſtini in conſortio cum uxore Sophia.

5. D N IVSTIN... SOFIA. Duæ figuræ adv. ſedentes dd. femori admotis media inter utramque cruce; in imo VITA.
M. ſupra quod X, intermedio aſtro & ſupra crux, in medio numo, hinc ANNO, inde X ... AR. Æ. 2.

Numus Pellerianus Melanges T. I. Tab. XII. No. 10. ſimilis huic eſt, ſed in nonnullis tamen tam in adv. quam averſa parte abludit; noſtrum accurate delineatum addimus.

6. .... IVSTINO ET ...... Duæ Protomæ adv., altera, quæ a dextris eſt, galeata diadem., altera mitrata, media inter utramque cruce; in imo VITA.

ANNO VIII. K magnum, ſupra crucicula, infra S; in imo KAR. Æ. 2.

7. D N IVST.... ET SOFIAE. Protomæ ſimiles.

ANNO ..... K magnum, ſupra crucicula, infra S; in imo .... Æ. 2.

Eſt in utroque hoc numo idem utrimque typus, ſed variæ ſunt conſervationis. Similem habet Bandurius p. 654, quem pictum dat in Tab. III ad numos Juſtini I., ſed in quo vel alia fuerit, vel minus accurate excepta ſit adverſæ epigraphe.

8. .... IVS ... SOF.... Duæ figuræ adv. ſedentes, media inter utramque cruce.

Sine epigr. Duæ Victoriæ alatæ ſtantes clypeum crucigerum tenent, in quo aſtrum; infra K, in imo N.M. *Tanini. p.* 392. Æ. 2. p.

9. Alius, ſed epigr. adv. detrita, & in av. infra nihil. Æ. 3.

10. Epigr. dubia; duæ figuræ adv. ſedentes, altera d. globum crucigerum, altera crucem inclinatam.

XX in medio numo, hinc ANN, inde II v. III, ſupra crux, infra littera incerta. Æ. 2.

B. 11. D N IVSTINVS P P AV. Typus idem.

ANNO IIII. M magnum, infra A, ſupra crux; in imo NIKO. Æ. 1.

12. Alius, ſed in av. infra Δ; in imo CON. Æ. 1.

13. Adv. eadem.

Av. ſimilis, ſed ANNO Ч, infra B; in imo NIKO. Æ. 1.

14. Alius, ſed infra Γ; in imo ÇON. Æ. 1.

15. Epigraphes litteræ partim turbatæ partim evanidæ. Duæ figuræ capitibus nimbatis adv. ſedentes dd. una tenent globum crucigerum ſſ. ſceptrum.

ANNO IIIII. Columna crucigera in medio; in imo THЄЧP. Æ. 3.

Similes ſed aliorum annorum & cum epigraphe adverſæ ſaniore habet Tanini. p. 392.

16. Adv. ut B, ſed epigr. detrita.

ANNO Ч. K magnum in medio, ſupra crux; in imo A. Æ. 3.

17. Alius, ſed ANNO ЧI, ſupra crux, infra NI. Æ. 3.

18. ...... NVS P P AVG. Duæ figuræ cum ſtemmatibus crucigeris adv. ſtantes dd. globum crucigerum.

ANNO ЧII. K magnum in medio; in imo ΘЄC. Æ. 2.

Dubium eſt, ad quem Imperatorem referendus ſit hic numus. Quo minus Juſtino II. tribuatur, obſtare videtur, quod utrique figuræ additur globus cruciger, quod in aliis hujus Auguſti numis non obtinet; deinde quod urbs monetaria litteris græcis conſtet, cum in aliis latine ſcribitur. Juſtino I. tribuerem, & hunc cum ſucceſſore & deſignato Auguſto Juſtiniano exhiberi crederem, niſi annus in av. numi obſtaret. Heracliorunt numi habent eandem urbem monetariam eodem modo ac in noſtro numo ſcriptam; ſed huic ævo fabrica numi non reſpondet. Vix itaque aliorſum magis commode referri poteſt numus; nec offendere valde debet, tribui Auguſtæ, quam tantopere in regni adminiſtrandi partem veniſſe conſtat, regni ſignum, globum crucigerum; præſertim ſi recte huic regno tribuantur numi, etiam apud Taninium laudati, in quibus utraque figura ſimul tenet globum crucigerum.

19. Adv. ut B, ſed ſupra in area crux.

ANNO ЧII. M magnum, ſupra crux, infra A, in imo NIKO. Æ. 1.

20. Adv. ut B.

ANNO X. K magnum in medio, ſupra crux & M, infra TЄS. Æ. 2.

21. 22. Adv. ut B, ſed ſupra in area crux.

Av. eadem, ſed ſupra crux, in imo KYZ. Æ. 2.

23. Adv. ut B.

ANNO X. M magnum, ſupra crux, infra Δ; in imo CON. Æ. 1.

24. Adv. eadem, ſupra in area crux.

Av. eadem, ſed infra A; in imo KYZ. Æ. 1.

25. .... N S N Γ C C... Duæ figuræ capitibus nimbatis adv. ſedentes una tenent crucem globo impoſitam, altera d. tenens crucem longam, altera ſ. ſceptrum.

ANNO X, juxta aſtrum, in medio numo M, infra Γ; in imo THЄUP. Æ. 1.

Numum ſimilem ſed alius anni & turbata alio modo adverſæ epigraphe exhibet Banduri. in Tab. III. ad numos Juſtini I.

26. Adv. ut B, ſupra crux.

Av. eadem, ſed ANNO XI, ſupra crux, infra B; in imo NIKO. Æ. 1.

27. Alius, ſed in av. infra A; in imo KYZ. Æ. 1.

28. Alius, ſed in av. in imo CON. Æ. 1.

29. Adv. ut B.
ANNO XIII. K magnum, ſupra ΦC intermedia cruce; in imo TES. Æ. 3.
30. Adv. ut B.
XX. ſupra crucicula; in imo ROM. Æ. 3.
31. 32. Epigr. obſcura. Duæ protomæ adv. intermedia crucicula; infra VITA.
I magnum inter N & M. Æ. 3.

TIBERIVS II. CONSTANTINVS.

P. X. 578—582.

A. 1. D m COSTANTINVS P P A. Caput diadem.
VICTOR TIBERI AVS. Crux in medio, infra CONOB. QV. AUR.

B. 2. D N TIBERI P P AVS. Caput diadem.
VICTOR MAVRI AVS. Crux in medio, infra CONOB. QV. AUR.

An huic, an ſucceſſori Mauritio tribui debeat numus, videtur incertum; Tiberio vindicat Eckhelius Doctr. Num. VIII. p. 218.

3. ΠΤΑ..... Protome adv. diadem. d. volumen ſ. ſceptrum, cui præfixa aquila.
ANNO I. ΜΠ magnum, ſupra crux; in imo THЄVP. Æ. 1.
4. ΠITATI...NVS..... Protome ſimilis.
ANNO II. XX in medio, ſupra crucicula, infra P. Æ. 2.
5. ΠI AI COAPP. Protome ſimilis.
Av. eadem, ſed ANNO III. Æ. 2.
6. ..... ANTS P P AV. Protome diadem. adv. d. globum crucigerum.
ANNO IIII. M magnum in medio numo, ſupra crux, infra A; in imo NIKO. Æ. 1.

C. 7. D N TIB CONSTANT P P AV. Protome ſimilis.
ANNO ЧI. M magnum, ſupra crux, infra CON A. Æ. 1.
8. D m TIbE CON..... Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
ANNO ЧIII. M magnum in medio, ſupra crux, infra B; in imo CON. Æ. 1.

9. ..... NTA P P ... Protome adv. gal. d. volumen f. fceptrum cum aquila.
ANNO IIЧ (fic). ɱ magnum, fupra crux; in imo THEVP. Æ. 1.
10. Alius, epigr. adv. omnino turbata, in av. ANNO IIIЧ, & in imo THEUPS. Æ. 1.
11. D N T NOC S NNA.... Protome fimilis.
ANNO ..... Reliqua ut in præcedente. Æ. 1.
12. D m TI OC TAN P P. Protome fimilis.
ANN ЧIII. Columna crucigera in medio; in imo THEVP. Æ. 3.
13. 14. Epigr. ut C. Protome adv. d. globum crucigerum.
XX, fupra crux; in imo ROM. Æ. 3.
15. Epigr. ut A. Protome fimilis.
XX cruce longa intermedia; in imo CR T S. Æ. 3.
16. ..... TANT P. Protome adv. f. globum crucigerum.
Crux longior, hinc CX, inde TX; in imo CRT. Æ. 3.
17. ... CONS..... Protome adv. gal. d. haftam fupra humerum.
K in medio numo, præfixa fupra cruce. Æ. 3.
18. ..... BER CONS ..... Protome adv. cum ftemmate crucigero d. globum crucigerum.
ɱ in medio, circum & infra litteræ incertæ. Æ. 3.
19. D N CONSTAN ..... Caput imb. diadem.
I. B. intermedia cruce; in imo AAEΞ..... Æ. 3. *craff.*

Similem effert Eckhel. Catal. Muf. Vindob. p. 544. No. 15. in Conftantino Pogonato, fed cui longe minus quam huic noftro convenire videntur & capitis cultus & oris lineamenta in adverfa.

MAVRICIVS TIBERIVS.

P. X. 582—602.

A. 1. D N MAVRC TIB P P AVG. Protome adv. galeata d. globum crucigerum.
VICTORIA AVGG A. Victoria adv. ftans d. haftam, fuper qua monogr. Chrifti, f. globum crucigerum; in imo COMOB. AUR.

2. Alius, ſed in av. AVGG B. AUR.
3. Alius, ſed in adv. P P ANΓ, in av. AVGG Γ. AUR.

Volumine anguſtior, ſed craſſus.

4. 5. Epigr. eadem. Caput diadem.
VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria adv. ſtans d. lauream ſ. globum crucigerum; in area aſtrum, in imo CONOB. QV. AUR.
6. D N MAVRCI Tb P P VI. Caput diadem.
VICTORIA AVGVSTORVM. Typus idem; in imo CONOB. QV. AUR.

Numus fabricæ barbaræ.

7. D N mVARC THIC P P AV..... (ſic). Caput diadem.
VICTOR TIbERI AVIS. In medio crux, in imo CONOB. QV. AUR.

Fere ſimilem habet Tanini. in Mauricio p. 395.

B. 8. D N MAVRICI TIB P P A. Protome adv. gal. d. globum crucigerum.
ANNO I. K magnum, ſupra crucicula, infra Δ. Æ. 3.

C. 9. D N TIBЄR MAVRIC P P A. Protome cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
ANNO II. M magnum, ſupra crucicula, infra A; in imo KYZ. Æ. 2.

D. 10. D N MAVRICI TIbЄR P P AVG. Protome adv. galeata d. globum crucigerum.
ANNO IIII. M magnum, ſupra crux, infra A; in imo CON. Æ. 1.
11. Epigr. obſcura. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
ANNO IIII. I magnum in medio numo; in imo CAT. Æ. 3.
12. ..... TIBER P P. Protome adv. d. globum crucigerum.
ANNO Ч. M magnum, ſupra crucicula, infra A; in imo NIKO. Æ. 1.
13. D N MAVRIC TIB..... Protome adv. d. globum crucigerum; in area crucicula.
ANNO Ч. K magnum in medio numo, infra B. Æ. 2.

E. 14. D N MAVRI TIBЄRI P P A. Protome ſimilis.
ANNO ЧII. M magnum, ſupra crux, infra Є; in imo CON. Æ. 1.
15. .... TIB P P AVG. Protome ſimilis.
ANNO ЧII. K magnum, ſupra crucicula, infra TЄS. Æ. 3.

16. .... TIBЄP. Protome ſimilis.
ANNO X. M magnum, ſupra crux, infra A; in imo NIKO. Æ. 1.

F. 17. D N MAVRICI TIb P P AV. Protome adv. d. globum crucigerum.
ANNO X. K magnum in medio; in imo CON. Æ. 3.
18. Alius, ſed in imo av. KωN. Æ. 3.
19. 20. D N MAVRI..... Protome ſimilis cum ſtemmate crucigero.
ANNO XI. K magnum, ſupra crux; infra A. Æ. 2.
21. Alius fere ſimilis minor. Æ. 3.

G. 22. D N MAVRI TbЄR P P. Protome adv. d. globum crucigerum.
ANNO XII. M magnum, ſupra crux, infra A; in imo KYZ. Æ. 1.
23. D N MAVRI C N P AVT. Protome adv. d. volumen ſ. ſceptrum cum aquila.
ANNO XII. M magnum, ſupra crux, infra Γ; in imo THЄUP. Æ. 1.
24. D N MAVR..... Protome ſimilis.
ANNO XII. Columna crucigera in medio; in imo THЄVP. Æ. 3.
25. D N MAR...... Protome diadem.
Av. eadem, ſed in imo TЄS. Æ. 3.

H. 26. D N MAVRITIVS AVG. Protome adv. crucigera cum globo crucigero.
ANNO XII. I magnum; in imo CAT. Æ. 3. p.
27. Alius, ut No. 24, ſed cum ANNO XIII. Æ. 3.
28. Alius, ut No. 26, ſed cum ANNO XIII. Æ. 3. p.
29. D N MAV C N P AV. Protome adv. d. volumen ſ. ſceptrum cum aquila.
ANNO XIIII. K magnum, ſupra crucicula, infra B. Æ. 2.
30. Adv. ut No. 23.
ANNO XUI. M magnum, ſupra crux; in imo THЄUP. Æ. 1.
31. Sine epigr. Protomæ duæ adv. crucigeræ, major a dextris, minor a ſiniſtris; in imo crux.
ANNO XЧ. I in medio; in imo CAT. Æ. 3.

32. Alius, ſed in av. XЧIII. Æ. 3.

Numulos hos fere omnes, notatos CAT. & ſignatos, ut creditur, Catanæ Siciliæ delineatos habet in Sicil. Numism. Princeps Turris Muciæ Tab. 24.

33. Adv. ut No. 23.
ANNO XX. M magnum, ſupra crux, infra Γ; in imo THEUP. Æ. 1.

34. Alius, ſed in av. infra Є. Æ. 1.

35. Adv. ut D.
ANNO XX. M magnum, ſupra crux, infra Δ; in imo CON. Æ. 1.

36. ..... TIBЄR P P A. Protome adv. cum globo crucigero.
ANNO XX. K magnum, ſupra crucicula, infra A. Æ. 2.

37. ... TIBERI ..... Protome adv. d. globum crucigerum.
K in medio numo inter duos globulos, ſupra N M intermedia cruce; in imo IND III. Æ. 2.

38. 39. D N MAVRI Tb P P... Protome diadem. adv.
Columna crucigera inter duo aſtra; in imo CON. Æ. 3.

40. ... MAVRIC..... Protome adv. d. globum crucigerum.
Columna inter duas cruciculas. Æ. 3.

41. Alius fere ſimilis. Æ. 3. p.

42. ... ꝳAVPICI T B P P A. Protome ſimilis.
XX, ſupra crucicula; in imo ROM. Æ. 3.

43. D m ꝳAVRICI Tb P.... Protome ſimilis.
Av. eadem. Æ. 3.

44. 45. Adv. ſimilis.
X intra coronam. Æ. 3.

46. ..... Tb P P AV AG. Protome gal. adv.
Crux ſuper globo, hinc inde N M, infra X. Æ. 3.

47. D N MAVR..... P P AVG. Protome adv. d. globum crucigerum.
X, in cujus angulis ſcriptum LI SE A CI, quod Secilia legendum videtur. Æ. 3.

48. 49. D N MAVRIC.... Caput diadem.
I B intermedia cruce; in imo AAЄΞ. Æ. 3.

50. .... MAVR TIB. Protome diadem.; in imo IND I.
Crux ſuper gradibus; hinc N inde M; in imo X. Æ. 3.

51. Alius, ſed in adv. D N MAVRICI T & in imo IND S. Æ. 3.

52. D N MAVRI TB P P AV. Protome adv. diadem.
Є, ſupra monogr. Chriſti, omnia intra coronam. Æ. 3.

PHOCAS.

P. X. 602—610.

A. 1. D N FOCAS PERP AVG. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
VICTORIA AVG Ч B. Victoria adv. ſtans d. haſtam longam, cui præfixum monogr. Chriſti, ſ. globum crucigerum; in imo CONOB. AUR.
2. Alius, ſed in av. VICTORIA AVGGG I. AR.
3. Epigr. eadem. Caput diadem. imminente cruce.
VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria adv. ſtans d. lauream ſ. globum crucigerum; in imo CONOB. QV. AUR.

B. 4. D m FOCA PERP AVG. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. volumen ſ. crucem longiorem.
XXXX in medio, ſupra ANNO, juxta III; in imo KYZ B. Æ. 1.
5. Adv. ſimilis epigraphe fere obliterata.
XX in medio, ſupra crucicula, hinc ..... inde III; in imo NIKO Π. Æ. 2.
6. D N FOC... ERP..... Protome adv. d. globum crucigerum.
I in medio, hinc ANNO, inde IIII; in imo CAT. Æ. 4.
7. Epigr. ut A. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. volumen ſ. crucem longiorem.
XXXX in medio, ſupra ANNO, juxta Ч; in imo CONΓ. Æ. 1.
8. Alius, ſed annus extritus, & numus utrimque vitiatus, quippe ſuper alio, ut videtur Mauricii, numo percuſſus. Æ. 1.
9. Alius ſimilis Mauricii numus a Phoca recuſus; in imo av. NIKO. Æ. 1.
10. Alius Phocæ numus nova percuſſione a ſeriore Auguſto omnino vitiatus. Æ. 1.
11. D N FOCA NG..... Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. volumen ſ. haſtam cum aquila.
ANNO ЧIII. M magnum, ſupra crucicula; in imo THGUP. Æ. 1.

C. 12. 13. D N FOCAS P P AVG. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
X intra coronam. Æ. 3.

14. 15. Epigr. ut A. Protome adv. cum ſtemmate crucigero.
X, hinc N inde M, ſupra crucicula, infra aſtrum. Æ. 3.
16. Epigr. ut A. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. volumen ſ. crucem.
XX in medio, ſupra aſtrum; in imo CON B. Æ. 2.
17. Alius, ſed in imo av. CON Γ. Æ. 2.
18. 19. D N OFCA PER .... (ſic). Protome adv. cum ſtemmate & globo crucigeris.
XX, in imo ROM. Æ. 3.
20. Adv. ut B.
XX in medio numo, hinc aſtrum, inde є, ſupra crucicula; in imo KRTЧ. Æ. 3.
21. Adv. ut B.
XX aſtro intermedio, ſupra ....., in imo RAV. Æ. 2.
22. 23. Epigr. ut A. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. volumen.
FOCA intermedia cruce; in imo XX. Æ. 3.
24. D N FOCA NЄPЄ AV. Auguſtus & Auguſta ſtantes, ille d. globum crucigerum, hæc d. crucem inclinatam, ſupra crux.
ANNO II. M in medio, ſupra crux; in imo THЄVP. Æ. 1.
25. 26. Alii, ſed in av. ANNO Ч. Æ. 1.

H E R A C L I V S I.

P. X. 610—641.

1. hЄRACLIVS P P AV. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
VICT.... AVS UI. Crux inſiſtens gradibus; in imo CONOB. AUR.
2. Epigr. ſimilis. Caput diadem.
VICTORIA AVGVS. Crux ſuper globo. QV. AUR.

3. D N HGRAÇLI PERP AVS. Caput diadem.
VICTORIA AVGISTORN (fic). Crux; in imo CONOB. QV. AUR.
4. 5. D. N. ERACLIVS P P AV. Caput diadem.
Crux intra lauream. QV.
6. Adv. eadem.
HP (in monogr.) in medio numo, fupra crucicula, omnia intra coronam. QV.
7. D N hGRACIIVS P..... Protome gal. adv. d. globum crucigerum.
ANNO I. M in medio, fupra crux, infra A; in imo NIKO. Æ. 1
8. D N hRACL.... PGRP AVG. Protome fimilis.
Adv. eadem, fed infra Δ; in imo CON. Æ. 1.
9. D N hRACLI PG.... Protome fimilis.
ANNO I. K in medio, fupra crux; infra A. Æ. 2.
10. D N hGRA...... Protome fimilis.
ANNO II. M in medio, fupra crux, infra A; in imo NIKO. Æ. 1.
11. .... hGRAC PGRP AVG. Protome fimilis.
ANNO III. M in medio, fupra crux, infra A; in imo KYZ. Æ. 1.
12. Alius fere fimilis. Æ. 1.
13. 14. D N GRACLO P P A. Protome adv. crucigera d. globum crucigerum.
X. X. in medio, hinc aftrum, inde G, fupra crux, infra KRTS. Æ. 3.
15. Alius, fed D N GRACLIO ..... Æ 3.
16. Alius, fed in av. hinc aftrum, inde IG. Æ. 3.
17. D N ERACLIO P P... Caput adv. cum ftemmate crucigero.
X, hinc M, inde N, fupra crucicula, infra aftrum. Æ. 4.
18. ERACL..... Protome adv.
X, hinc N, inde M, fupra crucicula, infra aftrum. Æ. 3.
19. 20. Sine epigr. Figura adv. ftans d. crucem longam f. globum crucigerum.
I. B. intermedia cruce fuper globo; in imo AAGZ. Æ. 3.

Dubium eft, an Heraclio competant hi numi. Bandurius numos fimilium typorum tribuit Juftino I. (in tabula ex Ducangio allata), fed fabrica & adverfæ modus in his numis illi ætati non convenire videtur. Cum tamen ultra Heracliorum tempora promoveri non poffint, Ægypto fub Conftante II. Conftantino, Heraclii II. filio, per Saracenos occupata, nulli commodius quam huic Heraclio tribui illos poffe exiftimo.

Heraclius & Heraclius Constantinus Fil.

21. D D N N HERACLIVS ET HERA CONST P P AV. Protomæ duæ cum ſtemmate crucigero, quarum, quæ a dextris eſt, major & prolixe barbatus, quæ a ſiniſtris, minor & imberbis; ſupra in area crux.

VICTORIA AVG Ч A. Crux ſuper gradibus; in imo ΔOXX. AUR.

22. Alius, ſed in av. AUG ЧE; in imo CONOB. AUR.

23. Alius, ſed in av. AVGG H; in imo CONOB. AUR.

24. Alius, ſed in av. VICTORIA ACC VIC; in imo CONOB. AUR.

25. D N ERACLIO CONS P P. Protomæ ſimiles.

VICTORIA ACCI... Crux; in imo CONOB. AUR. *parv. & craſſ.*

26. D N ERAO ERAO P P AVG (ſic).

Av. ſimilis, ſed VICTORIA ACCVG; in area Θ. AUR. *ſimil.*

27. D N ERA... P P AV. Caput adv. cum ſtemmate crucigero.

Sine epigr. Duæ Protomæ adv. crucigeræ, altera virilis, altera, ut videtur, muliebris, intermedia ſupra crucicula. QV. AR.

Numum habet Taninius p. 401. & exhiberi putat in av. Conſtantinum filium & Eudociam conjugem Imperatoris.

28. D N ERA .... ERA CONS. Duo Imperatores adv. ſtantes cum ſtemmatibus & globis crucigeris, qui a dextris, major; in area crux.

ANNO ..... M magnum, infra Γ; in imo CON. Æ. 1.

29. Alius fere ſimilis, in av. infra B; in imo S C. Æ. 1.

30. Alius, ſed in av. ANNO III, infra B; in imo NIK. Æ. 1.

Hi tres numi ſuper aliis recuſi ſunt, unde typi valde vitiati comparent.

31. Epigr. detr. Protomæ duæ adv. crucigeræ, major a ſiniſtris.

ANNO III. K magnum; in imo ROM. Æ. 3.

32. 33. D N ERACLIORVM. Protomæ duæ adv., major & minor, utraque, ut videtur, imberbis.

XX, ſupra crux; in imo ROM. Æ. 3.

34. 35. D D N N. Duæ Protomæ adv., major & minor, altera prolixe altera nondum vel parce barbata.

Av. eadem. Æ. 3.

36. Sine epigr. Protomæ duæ adv., major barbata, minor imberbis, ſupra in area crux.

Av. eadem. Æ. 3.

37. ..... ЄR ..... Protomæ duæ crucigeræ adv., major a dextris.

I B intermedia cruce & N; in imo AAЄZ. Æ. 3.

38. 39. Sine epigr. Duæ Protomæ crucigeræ adv. intermedia cruce.

I B intermedia cruce; in imo AAЄZ. Æ. 3.

Heraclius cum duobus Filiis.

40. Epigr. nulla vel detrita, tres figuræ adv. ſtantes.

ANNO XVIIII. M magnum, ſupra monogr. Chriſti, infra Γ; in imo ... Æ. 2.

41. Sine epigr. Tres figuræ adv. ſtantes cum ſtemmatibus & globis crucigeris, quarum, quæ media, altiſſima eſt.

ANNO XXIIII. M in medio, ſupra monogr. Chriſti; in imo RAV. Æ. 1.

42. Alius, ſed ANNO XXVIII. Æ. 1.

43. Alius, ſed ANNO ..... ſupra crucicula; in imo ..... Æ. 1.

44. Adv. ſimilis.

Av. obſcura. Æ. 2.

45. Sine epigr. Tres figuræ adv. ſtantes, quarum media altisſima d. crucem longam.

M magnum, hinc ANNO, inde ....., infra A; in imo CON. Æ. 2.

46. Sine epigr. Tres figuræ adv. ſtantes cum globis crucigeris.

I B intermedio M & cruce; in imo AAЄZ. Æ. 3.

47. Sine epigr. Tres Protomæ crucigeræ adv.

ANN III. K magnum, ſupra crucicula; in imo ROM. Æ. 3.

48. Alius ſimilis minor. Æ. 4.

49. D N HЄRACLII. Tres Protomæ ſimiles.

Av. eadem, ſed ANN V. Æ. 3.

50. Alius, ſed ſine epigraphe in adv. Æ. 3.

51. Sine epigr. Protome adv.

Duæ Protomæ crucigeræ adv., intermedia cruce & XX; in imo ROM. Æ. 3.

52. Adv. ſimilis.

Duæ Protomæ ſimiles, ſupra in area crux. Æ. 3.

HERACLIVS II. CONSTANTINVS.

P. X. 641.

1. 2. Protome adv. imberbis d. globum crucigerum.
M magnum inter duas figuras, ſupra crucicula; in imo SCL. Æ. 2.

3. 4. Alii, ſed in adv. Protome ſimilis d. haſtam ſupra humerum. Æ. 2.

Numos cum averſa ſimili Taninius ſequenti Imperatori, Conſtanti II, tribuit, cui numos in Sicilia percuſſos recte tribui poſſe, omnino probabile eſt. Sed cum vultus Imperatoris in his noſtris barba careat, quæ tam prolixa eſſe ſolet in numis ſucceſſoris ejus, hisce vero temporibus vindicari debeant numi, ad Heraclium II., cui adhuc Sicilia paruit, commodiſſime referri poſſe videntur.

5. Epigr. obſcura. Protome adv. crucigera.
XX intermedia crucicula; in imo ROM. Æ. 3.

6. Sine epigr. Protome ſimilis.
Av. eadem. Æ. 3.

Dubii hi numi ſunt, ſed ad quem potius referendi, non novi.

7. Sine epigr. Imperator adv. ſtans d. haſtam longam ſ. globum crucigerum.
M in medio, infra SCL. Æ. 2.

Etiam hic numus ſequentem Imperatorem ob barbæ defectum reſpuit, & cum hujus tamen ævi ſit, huic potiſſimum Imperatori tribui poſſe videtur.

8. 9. Sine epigr. Protome crucigera adv., hinc in area aſtrum inde C.
I B intermedia cruce; in imo AAEZ. Æ. 3.

Etiam hi numi incerti, ſed cum Ægyptus ſub hujus Auguſti ſucceſſore amiſſa ſit, & ad aliquem ex Heracliorum gente pertinere per fabricam videantur numi, huic ſatis probabiliter tribui illos poſſe credidi.

CONSTANS II. CONSTANTINVS.

P. X. 641—668.

1. D N CONSTANTI. Protome adv. cum longa & prolixa barba d. globum crucigerum.
VICTORIA A. Crux ſuper gradibus; in area P, in imo CONOB. AUR. *parv. glob.*

2. CO...... Protome ſimilis.
R ꝋ in medio numo, ſupra crux. (*Tanini.*) AR. 4.
3. CONSTAN. Protome ſimilis.
XX in medio numo, ſupra crucicula; in imo ROM. Æ. 3.
4. Sine epigr. Caput adv. ſimile d. volumen ſ. globum crucigerum.
XX, ſupra crucicula, infra ..... Æ. 3.
5. Sine epigr. Figura adv. cum capite ſimili, d. haſtam, in area crux.
ANNO .... ꝋ in medio. Æ. 3.
6. D D N N HERA.... CONSTA CON. Duæ Protomæ crucigeræ adv., altera cum longa & prolixa barba, altera modice barbata, ſupra crux.
VICTORIA AVGUB. Crux ſuper gradibus; in imo CONOB. AUR.
7. Sine epigr. Duæ Protomæ ſimiles.
Epigr. eadem. Crux ſuper gradibus, hinc inde duo Imperatores ſtantes cum ſtemmatibus & globis crucigeris; in imo CONOB. AUR.
8. D N CON..... Duæ Protomæ ſimiles, altera cum globo crucigero.
Duæ Protomæ crucigeræ adv., altera cum globo crucigero, intermedia cruce ſuper gradibus. AUR. *parv. glob.*
9. Alius fere ſimilis. AUR. *ſimil.*
10. Adv. eadem.
VICTOR AGЧB. Crux ſuper gradibus; in area P, in imo CONOB. AUR. *ſimil.*
11. 12. D N COTAN.... Protomæ duæ ſimiles.
Sine epigr. Duæ Protomæ crucigeræ imberbes adv. cum globis crucigeris, ſupra in area crux; in imo XX. Æ. 3.
13. Adv. ſimilis.
Duæ Protomæ adv. intermedia $\frac{X}{X}$ cum crucicula ſupra; in imo ROm. Æ. 3.
14. Sine epigr. Typus idem.
Av. ſimilis. Æ. 3.
15. 16. Alii ſimiles minores. Æ. 4.
17. Alius fere ſimilis. Æ. 4.

18. Duæ figuræ adv. cum ſtemmate crucigero ſtantes, altera cum longa & prolixa barba d. haſtam, altera modice barbata d. globum crucigerum.

M magnum, infra SCL. Æ. 1.

19. Alius, ſed in av. in area ſupra monogr. Chriſti in ancoram deſinens. Æ. 2.

20. Alius, ſed in quo idem monogr. infra in adv. Æ. 1.

21. Adv. eadem.

M inter easdem duas figuras, quæ in adv. cernuntur; in imo SCL. Æ. 1.

22. Alius, ſed in av. ſupra monogr. Chriſti in ancoram deſinens. Æ. 1.

23. Alius ſimilis minor. Æ. 3.

24. Adv. eadem.

ANNO .... M in medio, ſupra ....., infra B; in imo CON... Æ. 2.

25. Alius, ſed ſupra Θ, infra A. Æ. 2.

26. 27. Adv. ſimilis.

ANNO .... M magnum; in imo CON. Æ. 1.

28. 29. Alii fere ſimiles. Æ. 1.

Sunt hi quatuor numi ſuper aliis percuſſi, & inde typi magis minusve vitiati.

30. Adv. ſimilis.

ANNO XX. M magnum, ſupra C, infra Δ; in imo CON. Æ. 1.

31. Adv. ſimilis, ſupra in area crucicula.

ANNO XX. K magnum, infra Δ. Æ. 2.

32. Adv. eadem.

ANNO XXI. M magnum, ſupra crux, infra Δ; in imo CON. Æ. 2.

33. Duæ Figuræ adv. ſtantes, altera d. haſtam dextro pede captivum calcans, altera d. globum crucigerum, intermedia cruce ſuper gradibus.

ANNO XXI. M magnum, ſupra crux, infra Δ; in imo RAV. Æ. 2.

Banduri p. 690 inter Æ. 3.

34. 35. Duæ Figuræ adv. ſtantes, altera cum barba longa d. haſtam, ſupra crucicula.

Duæ Figuræ adv. ſtantes; in medio inter utramque monogr. Chriſti in ancoram deſinens M & KTC. Æ. 2.

36. Alius ſimilis minor. Æ. 3.

37. Figura adv. ſtans cum barba longa & prolixa, juxta M.

Tres Figuræ adv. ſtantes cum globis crucigeris. Æ. 3.

CONSTANTINVS IV. POGONATVS.

P. X. 654—684.

1. D N CONSTANT .... P P. Protome cum ſtemmate criſtato d. haſtam ſupra humerum.
VICTORIA AVG Ч ... Crux longa ſuper gradibus inter duos Imperatores ſtantes cum ſtemmate & globo crucigero; in imo CONOB. AUR.

2. ..... AVGG. Protome ſimilis.
Sine epigraphe. Typus ſimilis; in imo ... NOB. AUR. *Glob.*

3. D CONSTANT... Protome ſimilis.
VICTORIA AVG (litteris plane turbatis). Crux ſuper gradibus; in area globulus, in imo CNOB. AUR.

4. D N CONSTANTIN P. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
VICTOR AVGV Δ. Crux ſuper gradibus; in area aſtrum, in imo CONOB. AUR. *Glob.*

5. D N CON IV .... (reliquæ litteræ ita barbare factæ, ut legi nequeant). Protome diadem.
VITIRA VIV S. I. Crux longa; in imo CONOB. QV. AUR.

6. Alius fere ſimilis æque barbare factus. QV. AUR.

7. Alius fere ſimilis. QV. AUR.

8. D N CONS ..... Protome diadem.
VICTORIA AVGV..... Typus idem; in area monogr. Chriſti in ancoram deſinens, in imo CONOB. QV. AUR.

9. Epigr., ſi adfuit, detr. Protome adv.
Sine epigr. R ꟿ, ſupra crux. *Tanini.* AR. 6.

10. Adv. eadem.
Sine epigr. Monogr. Chriſti in m deſinens. AR. 6.

11. ...... TINVS P. Protome adv. criſtata d. haſtam ſuper humero.
ꟿ inter duos Imperatores adv. ſtantes; in imo CRTS. Æ. 2.

12. .... CONSTANTIN P. Protome adv. d. volumen ſ. globum crucigerum.
...STANTINVS ... Crux in medio; hinc C, inde T, infra XX .... Æ. 3.
Numus ſuper alio percuſſus.

13. Alius, in cujus av. etiam ex priori percussione litteræ restant. Æ. 3.

14. 15. Alii, in quibus nullæ litteræ peregrinæ, & in av. supra crux. Æ. 3.

16. 17. Alii similes minores. Æ. 3. p.

18. 19. D N CONSTANT..... Protome crucigera adv. d. globum crucigerum.
Crux inter XX; in imo CRTS. Æ. 3.

20. ...... TINVS P P. Protome similis.
Av. eadem. Æ. 3.

IVSTINIANVS II. RHINOTMETVS.

P. X. 681—711.

1. D N IVSTINIANVS P G. Protome adv. crucigera d. globum crucigerum.
VICTOR AVIG U. Crux; in imo CONOB. QV. AUR.

2. D N IV M P P. Protome adv. d. globum crucigerum.
VICTOR AVGUSTU. Crux super gradibus; in area L, in imo CONOB. Æ. 3.
olim. inaur.

TIBERIVS V. ABSIMARVS.

P. X. 698—705.

1. TIbGRI.... Protome adv. crucigera d. hastam transversam pectori prætentam.
VIC R AVG. Crux; in area M, in imo CONOB. QV. AUR.

ARTEMIVS ANASTASIVS II.

P. X. 698—705.

1. D N ANAIT...... Protome adv. d. globum crucigerum.
VICTORI.... USU.... Crux, hinc I, inde astrum; in imo CON. QV. AUR.

THEODOSIVS III. ADRAMYTENVS.

P. X. 715—717.

1. D N TEODOSIVS AGG. Protome adv. cum stemmate crucigero.
Sine epigr. Duæ Protomæ adv. intermedia cruce longa, hinc inde crucicula; in imo AGTI. AR. 3.

2. Alius fere similis, sed in adv. D N TEODOSIVS P P A. AR. 3. p.
Numi certe genuini nec antea editi vix ad alium quam hunc Theodosium referri posse videntur. In av. exhiberi puto conjugem filiumque Imperatoris anonymum, epigraphen vero in imo positam esse pro: AVGVSTI. Numi prioris addimus imaginem.

LEO III. ISAVRVS.

P. X. 717—741.

1. Epigr. detrita. Protome adv. cum chlamyde reticulata, qualis in aureis hujus Augusti numis apud Bandurium comparet, d. volumen s. globum crucigerum.
M magnum, cui imposita crux ad imum bifida, ad cujus latera adhærent litteræ NЄ. Æ. 3.

Numi Leonis III. & Constantini V. filii.

2. D N Ó LЄ.. P A MVL. Protome adv. crucigera d. crucem.
D N O CONSTANTI addito astro. Protome similis; in area hinc inde astrum. QV. AUR.

3. Epigr. eadem. Protome ſimilis d. globum crucigerum.
D N O CONSTANTIN. Protome ſimilis; in area hinc aſtrum, inde B. QV. AUR.

4. D N O LЄ..... Protome ſimilis.
D N O CONSTAN.. .. Protome ſimilis. AR.

5. ... O LЄON MVL. Protome adv. crucigera d. globum crucigerum; in area hinc I, inde Є.
....TANTIN. Protome ſimilis. Æ. 3.

Videtur eſſe aurei vel argentei numi anima.

6. Protome crucigera adv., a ſiniſtris in area Є O & aſtrum.
Epigr. detrita. Protome adv. d. globum crucigerum. Æ. 3.

7. ... LЄON P A MVL. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum.
... ...STANT. Protome ſimilis. Æ. 3. *inaur.*

8. LЄON S CONST. Duæ Protomæ adv. crucigeræ.
M magnum, ſupra crux, infra A; in area hinc XXX, inde NNN. Æ. 2.

9. Sine epigr. Duæ Protomæ crucigeræ, ſupra in area crux.
A K in medio numo, ſupra crux. Æ. 3.

LEO IV. CHAZARVS.

P. X. 775—780.

1. ΛЄO. Imperator ſtans cum ſtemmate crucigero d. crucem longam ſ. globum crucigerum; in area ſceptrum vel narthex.
Epigr. utrimque & in imo Arabica. M magnum, ſupra monogr. Chriſti. Æ. 3. *Tanini.*

2. Alius ſimilis, ſed in area av. T. Æ. 3.

Adler. Collectio num. Cufic. No. CVII.

3. Protome adv. crucigera d. globum crucigerum, hinc AKAÑO, inde epigr. Arabica.
m magnum, ſupra aſtrum & duo circuli, hinc ЄMI, inde CHC; in imo epigr. Arabica. Æ. 3.

4. Alius fere similis. Æ. 3.

Desiderantur hi numi tam apud Adlerum, quam apud Sestinium & Taninium.

5. Epigr. Arab. fere detrita. Figura adv. stans s. demissa, ut creditur, volumen explicatum.

Epigr. Arab. detrita. Crux singularis formæ super gradibus, juxta forte sceptrum vel narthex. Æ. 3.

6. Alius fere similis, sed in area, ut videtur, astrum. Æ. 3.

Fere ut Adleri No. XLVI. seqv. in Mus. Cufico.

7. Epigr. Arab. obscura. Figura adv. stans d. forte narthecem s. demissa volumen explicatum.

m magnum, supra astrum, hinc inde epigr. Arab. obscura. Æ. 3.

CONSTANTINVS VI.

P. X. 780—797.

1. CONSTANTINOS S IRINI ЄC ΘЄU bASILIS ✝. scriptum in area numi.

IhSVS XPISTVS hICA. Crux gradibus insistens. AR. *maj.*

Tanini.

MICHAEL I. RHANGABE.

P. X. 811—813.

1. ✝ MIXAHΛ... Protome adv. d. labarum s. globum crucigerum.

IC XC. Protome Christi, hinc inde astrum. Æ. 2.

2. Alius fere similis epigr. detrita. Æ. 2.

3. ✝ M..... Protome similis sed d. crucem.

Av. eadem. Æ. 3.

LEO V. ARMENIVS.

P. X. 813—820.

1. Protome adv. d. crucem, hinc, ut videtur, A, inde ΔЄCΠ.
Sine epigr. Duæ protomæ crucigeræ adv., ſupra in area crux. Æ. 3.
2. Adv. eadem.
Av. ſimilis, ſed a ſiniſtris præterea ΔЄ.... Æ. 3.

An rectum locum his numis adſignavi, incertus ſum, ſed commodiorem alium, habita ratione typi, fabricæ & adjecti tituli ΔЄCΠ., non inveni. In averſa numi parte forte Conſtantino filio ſociatur uxor Theodoſia, cum ex filiis uni tantum Conſtantino impertitam fuiſſe imperatoriam dignitatem conſtet.

MICHAEL II. BALBVS.

P. X. 820—829.

1. ✠. mIXAHL bASILЄVS. Protome cum ſtemmate crucigero d. crucem ſ. volumen.
ΘЄOFILO DЄSPI✝Є. Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. globum crucigerum ſ. crucem. AUR.
2. mIXAHL I.. Protome adv. cum ſtemmate & globo crucigero.
ΘЄOFIL... Protome ſimilis. QV. AUR.
3. 4. mIXAHL S ΘЄOFILOS. Duæ Protomæ crucigeræ adv., ſupra crux.
M, hinc XXX, inde NNN, ſupra crux, infra Θ. Æ. 1.
5. 6. mIXAHL S.... Duæ Protomæ crucigeræ adv.
M magnum, ſupra crux, infra Θ. Æ. 2.
7. Alius fere ſimilis. Æ. 2.
8. 9. Alii ſimiles. Æ. 3.
10. Alius, ſed in adv. .... AHΛ S ΘEOF. Æ. 3.

THEOPHILVS.

P. X. 829—842.

1. ΘЄOFIL bASIL. Imperator adv. ſtans galea criſtata d. labarum ſ. globum crucigerum.
ΘЄOFILЄ AUGOUSTЄ CU NICAS in area numi. Æ. 1.

2. 3. ΘЄOFILOS BASI. Protome adv. crucigera d. globum crucigerum.
M, hinc XXX, inde NNN, ſupra crux; infra Θ. Æ. 3.

Theophilus cum filiis Michaele III. & Conſtantino.

4. 5. ΘЄOFILOS bASILЄIΘ. prævio aſtro. Protome crucigera adv. d. crucem ſ. volumen.
mIXAHL S CONSTANTIN. Protomæ duæ, Michaelis major barbata, Conſtantini imberbis, ſupra in area crux. AUR.

6. ΘЄOFIL bASI. Protome crucigera adv. d. crucem.
mIXAHL S CON.... Duæ Protomæ crucigeræ adv., ſupra in area aſtrum. Æ. 3.

7. Sine epigr. Duæ Protomæ crucigeræ adv., altera a dextris barbata, altera imberbis, ſupra crux.
Duæ Protomæ barbatæ adv., hinc B inde A, in ſegmento inferiore M magnum, infra A, hinc X, inde N. Æ. 2.

Numum certe dubium antea non deſcriptum inveni. Puto in adv. exhiberi Theophiſum cum conjuge Theodora, in av. utrumque filium, ut in numis antecedentibus. Barba utrique filio, licet certe pueris, addita ſignum fuiſſe videtur barbaris hujus ætatis ſculptoribus ad ſexum diſtingvendum.

BASILIVS I. MACEDO.

P. X. 866—886.

1. 2. BASILIOS BASILЄVS. Imperator adv. cum ſtemmate crucigero ſedens in ſolio d. labarum.
† bASILIOS ЄN ΘЄO bASILEUS ROmЄOn in area numi. Æ. 1.

Numi Basilii cum filio Constantino VIII.

3. ✝ bASIL C CONSTANTI bA. Protomæ duæ adv. crucigeræ dd. crucem una tenent.

✝ IHS XRS RGX RGGNANTIVM. Protome Christi. AUR.

4. Alius fere similis. AUR.

5. bASILIOS CG CONSTANnTIn PISTY bASILIS ROmGO in area.

IhSЧS XRISTЧS hICA. Crux super gradibus. AR. *maj.*

Hi numi forte rectius Basilio II. tribuendi.

6. ✝ bASILIOS S CONST AUGG (sic). Duæ protomæ crucigeræ adv. dd. una tenent labarum.

bASIL S CONSTANTINOS GN ΘGO bASILGIS ROMAION in area numi. Æ. 1.

Ob additum titulum AVG, quem sub hoc regno usitatum fuisse sequentes numi demonstrant, ad hunc Basilium referendus hic numus videtur.

Numi Basilii cum filiis Constantino VIII. & Leone VI.

7. ✝ LGON bASIL S CONST AUGG. Protome media altior Basilii inter duas minores Leonis & Constantini filiorum.

✝ bASIL CONSTANT S LGON GN ΘO bASILS ROmGON in area numi. Æ. 1.

8. Alius, sed in adv. ✝ LG bASI C CONT AVGG. Æ. 1.

LEO VI. SAPIENS.

P. X. 886—911.

1. 2. ✝ LGON bASILGUS ROm. Imperator adv. sedens in solio d. labarum.

LGON GN ΘGO bASILGUS ROmGON in area numi. Æ. 1.

Perfecta adversæ numi hujus similitudo cum typo adversæ patris Basilii I. in numis Hujus sub No. 1. 2. descriptis demonstrare mihi videtur, & illos numos competere Basilio I. & hos Leoni VI.

5—5. † LEON bASILEUS ROm. Protome adv. crucig. f. volumen.
Av. eadem. Æ. 1.

Leo cum fratre Alexandro.

6. 7. † LEON S ALEZANGROS. Duo Imperatores fedentes adv. cum ftemmate crucigero, intermedio labaro, quod figura altera major, quæ a dextris eft, d. tenet.
† LEOn S ALEZAnGROS bASIL ROmEOn in area. Æ. 1.

CONSTANTINVS X. PORPHYROGENITVS.

P. X. 911—959.

1. 2. CON..... SIL ROm. Protome adv. cum ftemmate crucigero f. globum crucigerum.
† COnST En ΘEO bASILEUS ROmEOn in area. Æ. 2.
3. 4. COnSTAnT bASIL ROm. Protome crucigera adv. d. labarum f. globum crucigerum.
COnSTAnTIn En ΘO bASILI ROm in area. Æ. 2.

Conftantinus X. cum matre Zoe.

5. COnSTAnT CE ZOH b. Protomæ adv. crucigeræ Conftantini & Zoes dd. crucem mediam tenent.
COnSTAnTInO CE ZOH bASILIS ROmEOn in area numi. Æ. 1.
6. 7. Alii fere fimiles. Æ. 1.
8. Alius minor. Æ. 2.

Conftantinus X. & filius Romanus II.

9. † COnST ПORFVROS CE ROmAnO En Xω EUSEb' b' RωmEON in area.
IhSVS XRISTVS ҺICA. Crux gradibus infiftens. *Tanini.* AR. m.
10. 11. COnST CE ROmAn b ROm. Duæ protomæ crucigeræ adv. globum crucigerum una tenent.
† COnST CE ROmAn En XRIST b' ROmEO in area. Æ. 1.

ROMANVS II.

P. X. 959—963.

1—3. RωmAn bASILGVS Rωm. Protome crucigera adv. d. narthecem f. globum crucigerum.
RωmAn Gn ΘGω bASILGUS RωmAIωn in area. Æ. 1.
4. Alius, fed cum percuffus fit fuper alio numo, epigr. utrimque perturbata. Æ. 1.
5. Alius typis ex eadem caufa magis adhuc turbatis. Æ. 1.

NICEPHORVS II. PHOCAS.

P. X. 963—969.

1. hICHF Gn Xω AVTOCRAT GVSG bASILGUS RωmAIω in area numi.
IhSЧS XRISTЧS hICA. Crux, cui infertus clypeus, in quo Protome Nicephori, juxta quam litteræ ejus initiales hICF, infiftens gradibus. AR. m.
Tanini.
2. NICHF...... Protome crucigera adv. d. crucem.
✝ NIC..... Gn ΘGω bASILEUS Rω.... in area. Æ. 1.
Numus fuper alio percuffus, unde av. epigraphe turbata.

IOANNES I. ZIMISCES.

P. X. 969—975.

1. IhSVS XRISTVS hICA. Protome in clypeo, cui infcriptum IωAN; circum quatuor cruciculæ.
IωAnn Gn Xω AUTOCRAT GUCGb bASILGUS RωmAIωn fcriptum in area numi. AR.
Numum rariffimum vide explicatum delineatumque apud Eckhel. Numi Vet. Anecd. p. 317.

2. IAωN BACIΛЄUS ..... Protome adv. cum ſtemmate crucigero d. crucem.
ЄM .... Protome Chriſti adv., hinc inde IC. XC. Æ. 1.

Sculptori tribuo, quod IAωN pro IωAN in adv. ſcripſerit, uti vitio monetarii factum eſt, quod bis in av. IS XS appareat. Cæterum numum indubitato hujus eſſe Imperatoris credo, quem, cum antea editum non inveni, delineatum addo. Alius omnino ſimilis occurrit infra in Conſtantino XI.

Numi Joanni Zimiſci vulgo tributi.

3. ЄMMANOUHΛ. Protome Chriſti, juxta $\overline{IS}$ $\overline{XS}$.
✝ IHSVS XRISTVS BASILЄU BASILЄ, ſupra & infra aſtrum. Æ. m. m.
4. Alius, ſed in av. ſupra & infra A. Æ. m. m.
5. 6. Alii, ſed ſupra & infra varia ornamenta. Æ. m.
7—9. Alii fere ſimiles. Æ. 1.
10. 11. Alii minores. Æ. 2.
12. 13. Chriſtus ſedens in ſolio, hinc inde IC. XC.
IS XS BASILЄ BASIL in area numi. Æ. 1.
14. 15. EMMANOUHΛ. Protome Chriſti, juxta IC. XC.
IS XS BASILЄ BASILЄ ſcriptum circa crucem gradibus inſiſtentem. Æ. 1.
16. 17. Epigr. eadem prævia cruce. Chriſtus adv. ſtans.
IC XC NI'KA ſcriptum in quatuor angulis crucis latæ. Æ. 1.
18—20. Alii ſimiles. Æ. 1. 2.
21. 22. IC XC. Protome Chriſti.
MP ΘU. Protome Deiparæ cap. nimbato elatis manibus. Æ. 2.
23. Alius ſimilis, ſed circulo lato cum globulis numum ambiente. Æ. 3.
24. Adv. ſimilis.
Crux duplex, additis infra utrimque ornamentis. Æ. 2.
25—27. Adv. eadem.
Crux cum variis circum ornamentis. Æ. 2.
28. 29. Alii, ſed circa crucem varii globuli, & infra luna dimidia. Æ. 3.
30. Adv. ſimilis, ſed in area hinc inde aſtrum.
Aſtrum in circulo, quem ambiunt quatuor globuli & litteræ TNΦO. Æ. 3.
31. Alius ſine aſtris in adv.; litteræ in av. obſcuræ. Æ. 3.

32—34. ЄN TȢTO NIKA. Figura adv. crucigera ſtans d. crucem longam ſ. globum crucigerum.

m hinc inde ANA NGO. vel ſimiliter, in imo ΔΙΣ vel ſimiliter. Æ. 3.

35. Adv. eadem

K inter tres cruciculas in medio numo; in imo CRTS. Æ. 3.

36. Figura adv. ſtans d. haſtam ſ. globum, in area crux.

$\overline{IC}$ $\overline{XC}$ $\overline{NI}$ KA in angulis crucis ad apices bifidæ. Æ. 3.

37. Adv. ſimilis, ſed juxta figuram $\frac{R}{II}$

Chriſtus ſedens in ſolio. Æ. 3.

B A S I L I V S II.

P. X. 975—1025.

Numi Ejus & fratris Conſtantini XI.

1. En TOUTω nICAT bASILGI C CωnST. Protomæ duæ crucigeræ adv. intermedia cruce elegante ſuper gradibus.

✝ bASIL C CωnSTAn ПORΦVROS ПISTOI bAS RωmAIω' in area numi. AR. m. m.

C O N S T A N T I N V S XI.

P. X. 1025—1028.

